



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XVI. De Coadjutore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

locopus eum qui perpetuam Vicariam obtinet, per substitutionem proventuum, vel ipsius Vicariae ablationem compellat, ut se in presbyterum promovet faciat.

Vicaria appellatur ad Archiepiscopum, ab Archidiacono ad Episcopum. h. d.

Inter Vicarium autem & Archidiaconum illud interest, quod a Vicario, non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum a: ab Archidiacono vero, nisi aliud Ecclesiam inducat consuetudo, ad ipsum: cui immediate subiacet, Episcopum erit appellandum.

DE COADIUTORE. TITVLVS XVI.

Ex causa datur Episcopo coadjutor, cuius datus ad sedem Apostolicam spectat. h. d.

Accidit h. etiam interdum, ut pastor senio aut corporis valetudine impeditus, aut sana mentis consilio destitutus, super suum gregem excubiandare non possit: ea propter vir providus & honestus, illi in coadjutorem adjuvendus est: per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur. Cuius datus, cum de causis majoribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: ceterum, si procul ab Apostolica sede Episcopos impeditus deget, tunc secundum Bonifaciana constitutionis tenorem providendum erit.

Etiam inferioribus ab Episcopi dandus est coadjutor, & iuris facultatis Ecclesia erit subvenienda. h. d.

Nec e: solum Episcopis dandus erit coadjutor, sed etiam, si res exigat, inferioribus: unde, si vel Ecclesia Rectorem, vel Archidiaconum ita morbo aliquo contingerit impediti, ut Ecclesiasticis ministeriis, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoque coadjutor adhibendus erit: & ita res temperanda, ut utriusque facultates, eccl. vitz necessaria ministrantur.

DE COREPISCOPORVM VSV SUBLATO. TITVLVS XVII.

Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.

Erant olim & Corepiscopi, quibus, circa plurima cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamen institutio tam in Romana sede, quam in aliis totius orbis Ecclesiis, tanquam improba & supervacanea, est penitus interdicta.

Matrimonium spirituale dissolvitur transiitione, renuntiatione & depositione. h. d.

Vidimus hucusque de spirituali fcedere conjugio, quod inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur, quod electione vel postulatione initiari, firmatione ratificari, consecratione intelligitur consummari: item de moribus, & Vicariis, & adiutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesia remouetur: & sic quomodo tale conjugium prater mortem dissolvitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renuntiatione, & depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primum de translatione.

DE TRANSLATIONE. TITVLVS XVIII.

Translatio indulta est ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.

a. Romana. de app. in 6. b. C. de cl. agro. vel debil. in 6. c. Per totum tit. extr. de cle. agro. d. Cap. 1. s. presentis quoque, de cler. agro. in 6. e. Can. Corepiscopo. & seq. di. 68.

Translationes, quae & mutationes, & interdicti possunt, instituta sunt utilitati & necessitati gratia. Vtilitatis, cum Episcopos ab eis locis, quos praepositi est, in aliam transferretur, in quibus necesse foret verimiliter existimari. Sic enim praepositi sunt de Antiochena civitate de Beroeae praepositi, ut fuisse videtur in episcopio profuerit. Necessitate h. vero nonnumquam episcoporum translationes fieri solem, hostium urgente metu: sed in casu si civitatem, de qua essent Episcopi ab hostibus liberari e: & ad priorem statum contingere reverentiam expulsi reveretur.

Episcopi transferre, ad suam Romanam Ecclesiam non hoc dicit.

Sciendum est autem Episcoporum translationem, & etiam inferiorum, ad solum Apostolicam sedem situm certissima ratione pertinere: & neque in matrimonii quicquam praeter consuetudinem rationem debere, aut posse. Quod obtinet non solum in Episcopis est consecratis, verum etiam in sacris clericis, qui electi, & confirmati sunt, inter personarum Episcopum & electi, conjugium sit spirituale contrahitur.

Qui propria auctoritate se ad aliam Ecclesiam transferre, & auctoritate, h. d.

Et propter e: quicunque avaritia ductus, avaritiam ne impulsus Ecclesiam sine voluntate delicti, vel majorem se se plebem proprio subditore malitiam, a cathedra repelli debent aliter, & deinde proprio vel necesse praesident quos per superbia praesentibus illis, quos ob avaritiam vel ambitionem concupiscunt. Sicut enim vir f. non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus temere Ecclesiam, ad quam electus fuit, relinquere: vulteri se se conjugium cum populo fuerit attrahat.

Quod constitutum est in Ecclesia Episcopalis, non est ad Ecclesiam inferiorem. h. d.

Non ab similitudine ratio obtinet in praesentibus, & ceteris infra Episcopalem dignitatem ordinatis. Nam si vel quilibet causis, proprio quo subditore, cum altero suum beneficium permutare voluerit, utrumque proprii beneficii parturam faceret: beneficii tamen & praebendarum permutaciones generaliter fieri prohibentur: praesertim passionis gratia, quae spiritualia, vel spiritualibus annexa, semper libere communi continet: nec possit Episcopus de uno loco ad alium aliquos transferre, ut qui unum locum tantum utiles, alibi valeant utilis exerceat.

Si permutatio beneficiorum completa est etiam pars, & per errorem fiat quod minus imploratur, restituitur pars de qua minus impetratum hoc dicit.

Subventum h. tamen est ei, qui de permutacione in alio habito tractatu, praebendam suam commutaverit, ab alio qui cum permutacionis tractatum habet, qui postea suam resignare recusat, & deceptus: tunc enim deceptus, & non deceptus, si in permutacione tributa tamen est simplicitas venia, condonaturque, ut ad resignatum beneficium reverti possit.

Callato de beneficiis causa permutacionis cessante, facta non quam permutacionibus, non tenet. h. d.

Et generaliter, ne concessione laici auctoritas, periculum circa spiritualia, illustratur, si qua beneficii

a. Can. mutationes. 7. q. 1. b. Can. sine fructu. & seq. di. 68. c. Can. pastoralis officii. dist. 7. q. 1. d. Can. si quis. de translat. Episc. e. Can. quando h. extr. in. tit. f. Can. sine fructu. q. 1. g. Can. sicut alterius in. di. 7. q. 1. h. Cap. cum alio modo. extr. de rerum permutat. i. Cap. quoniam. extr. de rerum permutat. k. Cap. cum inter se. extr. de rerum permutat.

